

Bündniß

zwischen Wallis und dem Herzog von Savoyen.

Sitten, den 1. Mai 1528.

Pfarrarchiv von Ernen. — A. 40.

(Copirt von Hrn. Pfr. Ferd. Schmid.

~~~~~

Karolus Dux Sabaudie etc. Et nos Philippus de Platea Eps. Electus Sedunen. prefectus et Comes Vallesii, Anthonius Venetz Ballius, Johes. Werraz Gubernator inferioris patrie Vallesii, Georgius de Supersaxo miles, Symon Inalben, Nicolaus Kalbermatter Custellanus Sedunen. Egidius Perren, Colinus Luyet, Theodolus Dayert, Claudius Eymon, Andreas Gallat, Johes. Gallat, Caspar Schnider, Johes. Bynder, Martinus Rong pro ciuitate et deseno Sedunen.; Petermandus de Platea, Anthonius Tagnyoz, Petermandus Perrini, Anthonius Curttoz, Johes. Canalis, Johes. Jacquyn, Perrodus Burguiner, Thomas Guerchodi not., Anthonius Nycodi pro deseno Sirri; Nicolaus Clawo, Petrus de Bertherinis maior Leuce, Anth. Schwitzer, Egidius Ilpran, Hugo Fridrici, Roletus Eymon, Perrinus Schwitzer, Egidius Eicher pro deseno Leuce; Arnoldus Kalbermatter, Johes. Zentriegen, Stephanus Magschen, Ilprandus Walker, Anth. Welling, Andreas Rossers, They Thenen, Gaspardus Zebreitten pro deseno Rarogne; Hans Owling, Jodocus Mauricii Castellanus Vespie, Theodolus Kalbermatter, Arnoldus am Ryedt, Johes. Lambien, Petrus Inalbon, Georgius Summermatter not., Thomas de Schalon not., Jac. Blatter, Martinus Sematter, Hans Blatter pro deseno Vespie; Cristoforus am Ranff castellanus Brige, Gaspar Metzilten, Egidius Venech, Johes. Fidigner (Fidginer?) Capitaneus, Georgius Mi-

chaelis, Petrus Owling, Paulus Gerolt pro deseno Brige; Gaspar Huber, Hans Clausen, Johes. Walther, Johes. Fabri zen Flue, Jenninus Widen, Georgius Fabri, Thomas Byttil, Jenninus Halabarter, Gaspar vf der Eggon, Jac. am Sant, Johes. Schmit, Petrus vf der Eggon, Petrus in der Binden, Barth. Lagger pro 'deseno de Kuonsches, consulus et mandatarii ciuitatis Sedunen. et patric Vallesii ad infra scripta concludenda specialius deputati, ad perpetuam rei memoriam vniuersis fieri volumus manifestum, quod nos considerantes vicinitatem terrarum et dominiorum nostrorum salitaque commercia inter vtriusque subditos nostros exerceri solita, et quam vtile et Deo gratum sit vicinitatem ipsam pacificam semper conseruare et manutenere, opere precium existimamus infra scripta federa, vniones. intelligencias et simul viuendi et conuersandi normam, prehabito maturo consilio, pro nobis et successoribus nostris inuicem contrahere, quibus mediatis amicabiliter cum omni subditorum nostrorum quiete et tranquillitate viuere valeamus, in hunc qui sequitur modum:

In primis quod teneamur et debeamus nos partes predictae in tranquillitate et mutua amicitia viuere modis formis et modificacionibus infrascriptis, ita vt commercia comunicaciones et transfugia inter vtrosque subditos obseruentur, vt inter amicos et vicinos decet sine cuiuscumque injuria, omni fraude et dolo semotis.

Item quod neutra parcium nostrarum debeat nec valeat directe vel per indirectum adherere fauere, auxilium consilium vel jusumen prestare alicui principi vel domino, communi, collegio, vniuersitati vel potentatui alteram partem eiusque patrias subditos et dominia aggredi grauare et damnificare volenti, quacunq; eciam inexcogitata causa.

Item quod nos Eps. Balliuus consules et patriote terre Vallesii nominatim nullo pacto possimus nec debeamus homines et subditos mediatos vel immediatos prefati ill<sup>mi</sup> Dni. Ducis et successorum, suorum, siue sint particulares persone, siue vniuersitates ville, ciuitates, oppida, villagia, qualicumque sint foro ecclesiastico vel temporali, quomodolibet subdite vel subdita, infra limites patriarum et dominiorum prefati ill<sup>mi</sup> Dni. Ducis constitute et constituta, moram trahentes et habitantes, et qui in futurum moram trahent et habitabunt, et in specie ciuitates Gebennen. et Lausanen. ipsarumque euas et incolas,

in ciues nostros, burgenses, patriotas, confederatos seu aliud protectionum genus villo vnquam tempore admittere recipere vel acceptore. Saluo tamen in premissis ac reseruato hominibus et incolis earumdem ciuitatum predictarum libere transito ac additu in patriam Vallesii, illie moram faciendi residendi ac mutua commercia et negociaciones prosequendi pro ipsorum libero arbitrio, dummodo tamen huic nostro federi aduersa non moliantur; nam et eosdem et eorum aliquem ante presencium datam non recepimus nec acceptauimus. Et viceuersa Nos Dux prefatus erga prefatum reu. Dnm. Epm. magnificosque Ballium consules et patriotas in simili obseruancia pariter obligamur.

Item quod neutri nostrarum parcium quocumque exquisito colore liceat aliquas querelas vel actiones a quibusuis exteris vel de patria ipsa respectiue acceptare acquirere prosequi intentare erigere contra alteram partem eiusque subditos communiter vel diuisim, directe vel indirecte.

Item quod pro quibuscumque hereditariis successiõibus et propriis creditis cirographariis et aliis actionibus subditos ambarum parcium nostrarum concernentibus actures reorum forum sequi teneantur, nec pro huiusmodi debities et actionibus ciuilibus liceat subditis quibuscumque contra debitorem reum petere sequestrum incurceracionem vel mercanciarum subastacionem, sed ordinarii iudices reorum tenebuntur et debent petentibus breuem et expeditam justiciam ministrare, sola facti veritate inspecta, vbi amicabiliter cause huiusmodi sedari et concordari non poterint. Que quidem via amicabilis per ipsos iudices prius tentari debet.

Item si contingeret aliquem subditum mediatum vel immediatum seu aliquos subditos huiusmodi nostrarum parcium contra Domium vel superiores suos temerarios et rebelles fieri, nullo modo poterit talibus rebellibus altera pars auxilium aliquod opem vel fauorem prestare, quin ymo tenebimur superioritatis iura, preheminencias nostras contra tales rebelles ad inuicem, quantum cum ratione fieri poterit, debite conseruare et tueri, postquam noticia data fuerit; que quidem preheminencie et iura cum aliis quibuscumque nostrarum parcium respectiue preferi et seruari debebunt.

Item si in locis nostro ducali dominio in temporalibus subditis penes diocesim Sedunen. constitutis comperti fuerint

aliqui presbiteri prefati reu. Dni. Epi. Sedunen. rebelles et justorum mandatorum suorum vilipensores, illos ducales officiales nostri ipsorum locorum non thuebuntur, sed ad id legitime requisiti assistent ministris curie episcopalis Sedunen., vt ipsi presbiteri rebelles cogantur coram suo ordinario prelato et jus subire, et quod episcopalis iurisdictio super ipsis presbiteris, quam canones tribuunt, hactenus solita in ipsis locis dicte diocesis libere possit excerceri.

Et vt hoc presens nostrum fedus omni scrupulo dolo frandeque et ambiguitate careat, atque sincerus parcium affectus, quo alterutrum nos partes predictae afficiunt, pro quoque conseruacione rei publice nostre et bene conuicinandi modo obseruando, volumus Nos prenominate partes, vt hoc ipsum nostrum fedus vnionis amicie et confederacionis quo ad sui mutuam obseruanciam duret et durare debeat ad centum et vnum annos proximos a data ipsius computandos. Et in premissis reseruantur videlicet parte nostra Ducis Sabaudie Summus Pontifex, s. sedes apostolica, serenissimus Imperator, sacrum Romanum Imperium, cristianissimus Francorum Rex, serenissimus Rex Portugalie, magnifici Dni. vrbiū Bernensis, Friburgensis et Solodurensis, nec non ill<sup>mi</sup> et magnifici Dni. tredecim cantonorum, amici et confederati nostri precipue reseruantur, eciam quicumque confederati Nostri veteres. Parte autem nostri Epi. Balliui et consulum communitatis Sedunen. et patrie Vallesii pariter reseruantur Summus Pontifex, s. sedes apostolica, serenissimus Imperator, sacrum Romanum Imperium, cristianissimus Francorum Rex, magnifici Dni. Bernenses Lucernenses, Vranie, Vnderwalden ac generaliter magnifici Dni. tredecim cantonorum, confederati nostri carissimi, et alii cum quibus patriota contraximus federa.

Que omnia et singula Nos Dux prefatus ex vna, et Nos Eps. Balliuius et consules ac patriote supra nominati ex altera parcium pro nobis propriis subditisque et successoribus nostris respectiue perpetuis habera rata grata et firma, eademque inuiolabiliter obseruare promittimus bona fide nostra, Nos Dux in verbo Principis, Nos. Eps. manu ad pectus posita, Balliuius vero et consules ac patriote iuramentis nostris per nos prestitis, omni dolo fraude et sinistra machinacione peuitus exclusis, eciam inuiolabiliter obseruare policemur.

In quorum fidem robur et testimonium has nostras per

secretarios nostros subsignatos subscribi fecimus et sigillis nostris muniri. Acta fuerunt hec Seduni in ecclesia Cathedrali b. M<sup>e</sup> virginis die prima mensis Maji anno a natiuitate Dni. nostri corrente Millesimo quingentesimo vicesimo octauo, presentibus ibidem ven. Dnis. Johanne de Platea Officiali, Johe. de Crista et Carolo de Laz Lex Canonicis Sedunen. nec non viris discretis Jodoco Kalbermatter Capitaneo, Rodolpho Metzilten, Nycolao im Eych, Johe. Wurt et Johe. Albi familiaribus prefati Dni. Balliui patrie Vallesii, testibus ad premissa astantibus.

Facta diligenti collacione copie prescripte per nos notarios subsignatos comperimus eamdem cum suo vero originali registrato conformem in omnibus et per omnia, nichil addito neque remoto. In cuius rei fidem presentibus nos subsignauimus.

Nico. Furer Not.

De Bertherinis Not.

---